



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Waltheri Berthovts Domini Mechliniensis, capitui Ducis
Louaniensis. Cap. LVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

multa laude digna pro Christi nomine fecit.
Et filius eius Henricus miles effectus est.

Antea quoque per auxiliares copias vide-
rur iuuisse terram sanctam. Scribit enim La-
zius, Philippum Alsatium Flandriæ Comi-
tem priorem in terram sanctam expeditio-
nem fecisse, anno C I O. C. L X X V I I I . con-
tra Saracenos & Saladinum, accendentibus fi-
dis auxilijs Hollandiæ & Louanij Comitum.

Anno verò C I O. C. X L V I I . cùm Conra-
dus Italiae & Germaniae Imperator, & Ludo-
vicus Rex Franciæ, Dominico charactere
suscepto, cum multis nobilibus & populis
innumerabilibus bipartito exercitu in Orien-
tem iter arriperent, Godefridus noster ob te-
neram ætatem adhuc inidoneus erat.

De sacra militia WALTHERI BERTHOVTS Hie fuit Pa-
fallus Ducis
Domini Mechliniensis, captiui Ducis Lo- Brabantie.
uaniensis. IX ORB. CAPP. L V I I I .

AB hoc Godefrido Principe adhuc in cu-
nis vagiente in bello Grimbergensi supe-
ratus est Waltherus Bertholdus, primus eius
nominis dominus Grimbergensis & Me-
chliniensis; & Louanij in captiuitate deten-
tus. Qui postea, cùm D. Bernardus Abbas
Leodij Crucem contra infideles mandato
Eugenij Pontificis prædicaret, anno C I O. C.
X L V I . licentiam obtinuit proficisci ad
sacrum bellum, modò fratrem suum obsi-
dem relinquere. Postea propter fratrem ob-

G fidem

Ex chronicis
Mechliniensis.

sidem rediens, cùm in via obiisse eum intellexisset, Ierosolymam regressus est, & sub Almerico Rege in obsidione Damiatæ, quæ veteres Heliopolim dixerunt, cum multorū luctu cecidit. Claruerat enim variis stratagematisbus militaribus per annos circiter xxi.

De sacrī victorijs H E N R I C I primi Duci Lotharingie, qui cognominatur Bellicosus,

C A P. L I X.

I V. Dux
Lotharingie
& Braban-
tiae.

I.

T R I B U S Godefridis, patri, auo, & proauo, successit Henricus primus, multis præclarè gestis nobilis.

Cùm enim Simon & Albertus electi Episcopi Leodienses se mutuò armis oppugnarent, Henricus coëgit vtrumque Romanum ire. Vbi Pontifex Simonem fecit Cardinalem, & Albertum ad Episcopatū remisit. De quo vide Chronicon Leodiense capite LXVII.

Deinde cōstat eum anno xii. perrexisse versus Ierusalem cum multis alijs. Cum Metensis urbis Archiepiscopo, ait Barlandus, Ierosolymam proficiscens, Christianorum aduersus Turcas Princeps declaratur. Huius itaque ductu Baruth ciuitas opulentissima vi capta est, Turcis inde fugatis. Meerus ad annum c. i. c. xcvi. Latinè Berytum vocat, vbi ait, Berytum Ioppenque urbes recuperauerunt.

I I I. Addit Barlandus, Nec multo pōst, hoc etiam iuuante, Constantinopolis expugnat, tur,